

Promittendi. Duo vel plures Rei stipulandi sunt, qui stipulatur sibi aliquid ab altero dari, vel fieri, & promittere una responsum utriusque, vel pluribus responderet v. g. utriusque, vel cuique vestrum dare spondeo. Duo Rei promittendi sunt, domi uni stipulanti plures aliquid simili promittunt. v. g. Titi, & Moxi spondescentum dare? utroque respondente: spondeo, Titus, & Moxi sunt Correi promittendi. In aliis contractibus volunt Correi credendi, quibus aliquid debentur, & Correi debendi, qui debent aliquid alteri. Debitum ex hujusmodi obligationibus est in solidum; quia solidum singulis debetur, & promittentes singuli in solidum tenentur. §. 1. b. t. sequitur tamen suader, ut unus solidum solvens regressum habeat contra alterum pro dividio debito, quasi negotium ipsius gessisset; immo beneficium divisionis non videtur Correi debendi dengandum Nov. 89. c. 5. Auct. Hoc ita. C. h. t. ex quo emendatur l. 2. C. & l. 2. 1. f. eod. Ceterum non repugnat, ut ex duabus reis promittenti, alius purus, alius sub conditione, aut in diem obligetur. §. fin. b. t.

18. **Titulus XVIII. De Stipulatione Servorum.** 1. Servus, non quidem ex propria persona, sed ex persona domini (vel hereditatis jacentis eeu domina) ius habet stipulandi, & quidquid rerum acquirit, domino acquirit. Liberi quoque in potestate patria positi stipulando acquirunt patri; & quidem peculium profectum plene, adventivum quo ad ultimum fructum; castrense nullo modo, sed fibi. Manz. 2. Si servus factum stipulatur v. g. ite; vel agere per fundum alterius, obligatio quidem, & actio sustinetur in persona domini; ipsum vero factum solus servus, non dominus, exercere potest; ut iri per fundum alienum §. 2. b. t. 3. Servus communis communiter acquirit utriusque dominio; nisi specialiter iussa, aut nomine unius stipuletur; vel si alteri acquiri nequeat: tunc exsim solidum unius domino acquiritur. §. fin. b. t.

19. **Titulus XIX. De divisione stipulariis.** Stipulations alias sunt *judiciales*, alias *pratoriae*, & alias *conventionales*, alias *communes*; sive *sua pratoria*, sive *Judiciales* pr. b. t. *Judiciales* sunt, que sunt ad praecipuum Judicis; ut cautio de dole, ne v. g. pendente iudicio, res destruatur, cautio de persequendo servo, qui in fuga est, ne ipsum v. g. alteri legatum, haeres abite finat &c. 2. *Pratoriae* sunt, que defendantur in Edicta Pratorum; & plerunque implorato nobili officio ceduntur; ut cautio de *danno inferto de legato*, vel *fideicommisso* cultiendo in caufo, quo sub conditione, vel in dictu reliquit est. Huc etiam spectant cautio-nes adfilita v. g. duplo in casum evictionis l. 56. f. de evictione de indemnitate, si res vitiosa vendita est l. 1. §. 1. f. de *Edicta*. 3. *Conventionales*, que sunt ex conventione partium, sumique innumerare, sicut *negotiorum*. 4. *Communes*, que iussa Protorum extra iudicium, vel officio Judicis in iudicio sunt v. g. rem *pupilli salvam fore, rem ratam haberi* &c. Vide in Pandectis lib. 46. tit. 4. & seqq.

20. **Titulus XX. De inutilibus stipulationibus.** Stipulatio, cuius materia est omnis res dominio nostro subiectibilis, redditus vitiosus, seu inutilis ex pluribus capitibus: 1. Si fiat circa rem impossibilem, facram, religiosam, & extra commercium humanum positam, rupem, vel suam, aut circa factum alienum, quod non est in potestate promittenti. §. 1. 2. b. t. Neque sonata talis stipulatio, si referatur ad tempus habilem. g. dum res facit profana, dum liber homo erit servus: quia humilitate est expectare eventum talis conditionis. 2. Si quis extranea persone stipulatur, nihil agit, nisi sola solutio in extraneum referatur, ut mibi, aut Sejo dare spondeo. Si quis vero sibi, & alteri stipulatur, valet quidem stipulatio in dimidium, sed non in solidum §. 3. 4. b. t. 3. Si responso incongrua sit, ut si interrogari pure, & respondere conditionate. Eo tamen caufo, quo quis stipulatur decem asteos, & to promittit quinque, non sufficit quidem stipulatio quo ad decem, ut loquitur Imp. §. 5. b. t. bene vero quo ad quinque; in qua summa ambo convenient, neque unice per inutile virtutem est. 4. Si stipulatur quis ab eo, enijs iuri subiectus est, & c. contra; vel inutile, furiosus, vel a pupillo sine auctoritate tutoris. Pupillus tamen intellectum habens per se recte stipulatur. §. 6. 7. 8. 9. 10. b. t. 5. Si adjudicatur conditio impossibilis affirmative v. g. si digitio calum nitigero,

dare spondeo? at negative valet: si digitio calum non attigerit, non tam inter absentes. §. 11. 12. b. t. 6. Stipulatio concepta in tempus mortis, vel pridie mortis, vel prepostere, ut si navis ex Asia venerit, hodie dare spondeo; valet, quia contractus ex conventione legem accipiunt. §. 13. & seqq. b. t. 7. Si erratur in corpore, seu re, ut si tu Stichum stipuleris, & altere de Pamphilo sentiat. §. 23. b. t. 8. Qui stipulatur hoc anno, vel hoc mensis sibi dari, non potest petere, nisi lapso toto anno, aut mense. §. 26. b. t. nam totum illud tempus est in favorem debitoris, aditique solutionis differenda causa. §. 2. *Inff. de Verb. Oblig.* At si quis annum quid, quoniam annis, in annos, vel mensis stipuleris, pura est stipulatio, & statim a principio anni; vel mensis recte petitur, v. g. decem quo ad utram, vel in annos singulis dare spondeo: §. 3. In & l. 56. §. 4. ff. de Verb. Oblig. nam haec casu tempus additur favore creditoris, non differe, sed multiplicanda obligatio causa. §. 9. Si fundum, vel horum stipuleris, stipulatio quidem pura est, sed civilitate intelligenda, ut tradita fiat tempore commodo. §. fin. b. t. quia creditor non statim debitorum cum facio adire debet. l. 105. ff. de Solutione. Cetera vide in textu hic. & tit. ff. de Verb. Oblig. &c. C. de inutil. stipul.

21. **Titulus XXI. De Fidejussionibus.** In b. t. continuitur materia stipulationum, quia fidejussionis est per stipulationem; etiam obligatio accessoria, que omnibus obligationibus principalibus accedere potest ex hoc, ut creditoribus diligenter caufo. Vide in Jure Can. lib. 3. tit. 22.

22. **Titulus XXII. De litterarum obligationibus.** In b. t. agitur de tertia specie contractuum, seu de contratu chirographario, qui sive in uno tantum caufo sicut solet, dum quis in chirographo confitetur, se numerante pecuniam accepisse, quam tamen non accepit. Ex hoc chirographo scribens obligatio saltem mere civilitate; ei tamen succurrunt per exceptionem pecuniae non numerante, quam intra biennium opponere potest. Vide in Jure Can. lib. 3. tit. 22. n. 15.

23. **Titulus XXIII. De obligationibus ex consensu.** In b. t. agitur de contractibus consensualibus in genere, ita dictis, quod solo consensu contrahantur, ut neque scriptura, neque praesentia contrahentium, neque verba formalia, neque traditio rei sit necessaria; sed sufficiat, quoconque modo consensu mutuus expificetur. Tales contactus sunt bona fide, & numerantur seqq. *Emplo-venditio, locatio-conduktio, societas, mandatum*, de quibus agitur titulis 24. 25. 26. 27. Vide in Jure Can. lib. 3. tit. 17. & seqq.

24. **Titulus XXIV. De obligationibus ex quasi-contratu, seu que ex quasi-contratu nascentur.** In b. t. agitur de illis obligationibus, que ex presumptio confundit oriuntur, non vero proprie ex contractu, vel delicto, cuiusmodi sunt: *Negotiorum gestio, invenia, & curatela, communias rei singularis abique societate, communio familia hereditatis*, seu hereditatis dividenda, aditio hereditatis in ordine ad legata exolucionis, indebet foliatio. De quibus in Jure Can. lib. 3. tit. 22. n. 23.

25. **Titulus XXV. Per quas personas nobis obligatio acquiritur.** A regula generali, secundum quam quaque sibi acquirit, excipiuntur personae potestatibus subjectae, per quas nobis obligatio, & actio acquiritur: & quidem 1. Quod per servos acquiritur, totum nostrum est; quod vero acquiritur per liberos in potestate patria constitutos, attenditur ratio peculii, juxta dicta supra tit. per quas pers. cuique acq. 2. Servi fructuar, alieni, & liberi homines, quos bona fide pro servis nostris possidentis, acquirunt nobis obligationem tantum ex dubia causa, feliciter ex operis iussi, & re nostra. 3. Servus communis communiter utriusque acquirit, nisi specialiter iussa, vel nomine unius stipuletur. b. t. 4. Persona extranea, uti procurator, licet nobis res acquirat, non tam obligations, securiositas, sed falso directas, ut dictum supra cit. tit.

26. **Titulus XXX. Quibus modis sollem obligeantur.** Absoluti modis, quibus obligatio contractetur ex contractibus, vel quaque in b. t. ponuntur modi, quibus obligatio distractetur, seu tollitur: cuiusmodi principales sunt *Solutio, acceptatio, novatio, munus consensus*, & alii, de quibus in Jure Can. lib. 3. tit. 23.

INSTITUTIONUM CIVICO-CANONICARUM LIBER QUARTUS.

De Actionibus.



Rincipale objectum materiae hujus libri sunt *Actiones* tam civiles, quam criminales: prius tamen quam de agere Imperator, praemit quaedam delicta privata, & quasi-delicta, ex quibus obligatio contrahitur. Cum vero de his agant in Jure Can. hic tantum nomina corum insinuabo.

1. **Titulus I. De obligationibus, que ex delicto nascuntur.** Rubrica ita est una ex illis, que sunt strictiores nigra, seu texu supposito, cum in b. t. agatur non tantum de delictis in genere, sed etiam de furo in specie. Quamvis autem delictum theologicum committi possit solo confusio; juridice tamen non consentitur, nisi prouumpat in actu exteriore sensibilem; & ideo Imp. pr. b. t. dicit, obligations ex maleficio, & quasi, *unius generis esse*, puto summi: nam *omnes ex re nascuntur, id est, ex ipsa malitia, veluti ex furo, rapina &c.* Furum est contractio fraudulosa lucri facienda gratia, vel ipsius rei, vel usus, aut possessionis: adeoque furum committitur, si quis invito domino doloso rem ejus auferat, vel ex utratur, vel possessionem ejus retinet. Poena furti manifesti, in quo fur deprehenditur, est quadruplum; & furti nec manifesti, in quo fur non deprehenditur, est duplex. Vide in Jure Can. lib. 4. tit. 18. n. usque ad 13. b. t.

2. **Titulus II. De Vi honorum rapitorum.** In b. t. agitur de rapina delicto, cuius pena, est triplum. Vide in Jure Can. lib. 5. tit. 17. n. 5.

3. **Titulus III. De Lege Aquilia.** In b. t. agitur de damno dato per dolum, culpam latam, levem, aut levissimum; ut si quis sine ullo suo commodo servum alienum, aut pecudem occidat, zedes succendat, vel aliud quid rumpat, frangat, adurat. Vide in Jure Can. lib. 5. tit. 36. a. n. 15.

4. **Titulus IV. De Injuriis.** In b. t. agitur de delicto contumelie, seu injuria specialiter sumptuosa, dum quis alium inhonorable vel falso reali, illum fuisse cedendo, verberando, vel verbto aut scripto contumelio, indebet illum esse adulterum, furem &c. Vide in Jure Can. lib. 5. tit. 36. a. n. 1.

5. **Titulus V. De Obligationibus, que ex quasi-delicto nascuntur.** In b. t. enumerantur quasi-delicta, scilicet *impunita, & imprudentia* Judicis male judicantis, quasi delictum *efusio, delectio, suspensio, exercitio* navis, caprone, & fabuli malis dominibus, & in suo officio defunctionibus utensis. Vide in Jure Can. lib. 5. tit. 36. a. n. 31.

TITULUS VI.

De Actionibus.

Hic incipit tractatio de tertio objecto materiali Juri; scilicet de *Actionibus* per totum fere Ius vagabundis. Cum vero notitia *Actionibus* fit summa utilitas, & necessaria, paulo superius de illis agam; ita tamen, ut a methodo doctrinaliter scribendi non recedam.

§. I.

Tabula Generalis Actionum.

I. 1. **Actio ex parte materie** dividitur in *realem*, que oritur ex jure in re; uti est *re vindicatio* pro rebus corporalibus; *actio confessoria, & negotiorum pro incorporealibus; publiciana, recifatoria, serviana, & quasi-serviana*, seu *hyporecatoria*; *& personalem*, seu con-

P. Remigii a S. Erasmo, Pars I.

dictionem, que oritur ex contractu, vel quasi, ex delicto, vel quasi; uti sunt omnes actiones ex contradicibus, & delictis.

2. 2. **Actio ex parte cause efficiens** dividitur in *civilem, & pratoriam* §. 3. b. t. *Civile* est, que descendit ex aliqua specie Iuris civilis, puta ex legibus, vel Senatus Consulitis, Plebisitibus, Constitutionibus Principiis, vel Responsis Prudentum. *Pratoria*, seu *honoraria* est, que descendit ex Jure pratorum, seu ex Edictis Magistrorum. Sub *civili* continentur reales, *re-vindicatio, confessoria, negotiorum*, & plurim personales ex contractibus, & delictis. Sub *pratoria* continentur quinque reales: *publiciana, recifatoria, passiana, serviana, & quasi-serviana*. §. 4. 5. 6. 7. 8. b. t. Personales de *confessione pecunia, de peculio, in factum ex jurejurando, penales de albo corrupto, in factum ex editio: ne quis parentem, vel patronum in suis vocet, & in factum ex editio: ne quis vi eximat eum, qui in suis vocans est: prejudiciale in causalibertatis inter dominum, & servum, in causa ingenuitatis inter patronum, & libertum, in causa agnoscendi patrum inter patrem, & filium. Ex his patet, quod Praetor vi sua jurisdictionis concedat actiones reales, personales, penales, & prejudiciales, ut docet Imp. §. 5. usque ad 13. b. t.*

3. 3. **Actio ex causa finali** dividitur in *perfectoriam rei, persecutoriam penae, & persecutoriam rei, & penae finali*, seu *mixiam*. Sub *persecutoria rei* continentur omnes reales, tres prejudiciales, omnes personales civiles, excepta *actione depositi*, que in uno caufo ruine, occidetur &c. et mixta. §. 17. b. t. Sub *persecutoria penae* sanguis continetur *actio furii manifesti* in quadruplum, & *nec manifesti* in duplex pura pena. §. 18. b. t. Sub *mixia* continentur: *actio vi bonorum rapitorum*, in *triplicem rei, & triplicem penam*. L. *Aquilie* contra insipientem in duplex, & contra consistentem in *triplicem* cum modica pena ex c. i. & 3. L. *Aquil. Actio ex reflamento in duplex* contra haeredem, qui vel negat aliquid reliquum esse venerabilis bus locis, vel non vult id dare, nisi provocatus ad judicium. Ita hec tradit Imp. a §. 16. usque ad 19. b. t.

4. 4. **Actio dividitur in puram realem, & puram personalem, & mixiam ex utraque, que partim in rei, partim in personam diriguntur.** §. 20. b. t. cuiusmodi sunt *petitio hereditatis, familia hereditandi, communio dividenda, finium regundorum*. Ubi adverte hic actionem *mixiam* alio feneti acipi, quam §. 16. & 19. b. t. nam hic in §. 20. accepitur *actio mixta ex reali, & personali*, ibi vero in §. 16. & 19. accepitur *actio mixta ex persecutoria rei, & penae*. An vero inter actionem realem, & personalem mediet *actio mixta substantialiter diversa*, dicam seq. §. 2.

5. 5. **Actio ex parte quantitatis**, seu *modi* dividitur in *actionem simplicem*, seu *simplicarem*, qua *simplicum* rei petitur; uti ex stipulatione, immuno, vendito &c. *Dupli*, seu *duplarem*; uti est furti nec manifesti, L. *Aquilie* contra insipientem, depositi tempore ruine; vel incendi, furti corrupti, legati venerabilibus locis relieti. *Tripli*, seu *triplarem*; uti est condicione de sporulis majoribus. *Quadrupli*, seu *quadruplarem*, uti sunt furti manifesti, quod metus causa, calumnia ex edicto Praetoris, condicione ex lege contra executores. Ita Imp. §. 21. usque ad 27. b. t.

6. 6. **Actio ex parte qualitatis** dividitur in *actiones bone fidei, & stricti juris*. *Bone fidei* enumerantur §. 28. b. t. *ex emplo, vendito &c.* cetero omnes sunt stricti juris; ut vindicatio, condicione certi exumno, condicione indebiti, *actio ex stipulatu, testamento, & remissione*.

D. 2. finium